This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

9
739.5

Ga 9.739.5

VE RI TAS
CHRISTO ET ECCLESIAE
SIGILLUM ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOV·ANG·

Harvard College Library

FROM

Family of Prof. F. D. Allen.

Frederic D. Allen.

Eilfter Jahresbericht

über das

Gymnasium der Stadt Cell

von Ostern 1841 bis Ostern 1842,

womit zu der

öffentlichen Prüfung sämmtlicher Classen der Anstalt,

welche

den 17. und 18. März von Morgens 9 Uhr an gehalten werden wird, sowie zu einer
21. März von Morgens 10 Uhr an zu veranstaltenden

R e d e ü b u n g

die

Beschützer und Freunde des hiesigen Schulwesens

pflichtmäßig einladet

Dr. E r n s t K ä s t n e r,
Direktor des Gymnasiums.

Voraus geht eine Abhandlung des Konrektors C. A. J. Hoffmann: Formarum Doricarum quin sit in lyricis tragoediarum partibus apud Aeschylum usus quaeritur. Adduntur nonnu de Aeschyli dialecto.

Celle, 1842.
Gedruckt in der Schweiger- und Pick'schen Buchdrucker

Ga 9.739.5

HARVARD COLLEGE LIBRARY
SEP 22 1911
CAMBRIDGE, MASS.

From the family
of F. D. Allen

Formarum Doricarum

quinam sit in lyricis tragoediarum partibus apud Aeschylum usus quaeritur.

Adduntur nonnulla de Aeschyli dialecto.

Scripsit

C. A. J. Hoffmann.

Graeci cum multis in rebus excellunt, tum ea in re maxima laude sunt digni, quod e quatuor illis clarissimis gentibus, Achaeorum, Doriensium, Aeolum, Jonum, nulla est, quin ejus dialectus egregio quodam poeseos genere exculta sit ac nobilitata, in eo ipso deinde poeseos genere pro regula ac norma habita. Homerica carmina ut constituerant Achivorum, quod probabile est, dialectum, ita dialectum Aeoliam excoluerunt Alcaeus et Sappho: Pindarus vero, cum lyrica poesis ad seria gravioraque se accingeret, Doriensium dialectum invexit, iisque seclusis, quae in lingua Dorica non essent satis poetica vel a ceteris Graecis minus facile intelligerentur, quae reliqua erant ita superstruxit dialecto epicae, jam temperatae quibusdam Aeoliis formis, ut gravitatem granditatemque verborum praeclare efficeret.

Tali modo exculta lyrica et epica poesi exstitit tanquam culmen ac fastigium poesis dramatica, cujus melicae partes ex ea lege, quam supra tetigimus, communem lyricorum orationem sequuntur; multis tamen pro loco et tempore mutatis. Qui dialectorum usus quatenus valeat in lyricis tragoediarum partibus, nondum fuerunt qui accurate quaererent. Et satis difficilis est haec quaestio, quum plerumque his in rebus codices varient, neque praeterea habeamus, unde regulas ducere possimus. Tales vero regulas poetis, ipsis inscìis, obversatas esse quis est quin sibi persuaserit? Quare eo facilius veniam impetrabimus a doctis harum rerum judicibus, si in hac disquisitione quam de formarum Doricarum in lyricis tragoediarum Aeschylearum partibus usu instituimus vel fortasse lapsi fuerimus, vel nonnulla nos fugerint.

Lyricae tragoediarum partes *in universum* dividuntur in stasima, quae chorus canit, ubi in lineis circa thymelam constitit; in anapaestica deinde systemata, quae apud antiquiores fere tragoediarum auctores a choro in orchestram prodeunte canuntur, sed etiam in commorum nonnullis partibus inveniuntur; postremo in commos, qui-

vicissim a choro et ab histrionibus canuntur. Inter haec tria genera differentiam quandam esse et omnes hucusque contenderunt et paene unoquoque versu comparato demonstratur. Quae tamen differentia quibus circumscripta sit finibus, non item patet. De qua non possumus quin sententiam Hermanni hic describamus, cui, quamquam singula accuratius expendere studebimus, in universum ut assentiamus adducimur. Dicit enim in dissertatione de linguae Graecae dialectis (Opp. I. 134): „in melicis autem carminibus tragoedia communem lyricorum orationem sectatur, Dorismo tamen magis temperato, multisque exclusis epicorum licentiis; denique mediam quamdam inter chori et diverbiorum dialectos rationem usurpat in magna parte anapaestorum."

Primum jam de anapaesticis dicemus systematis, quae ad diverbiorum dialectum propius accedunt; tum de stasimis, quae lyricam magis sequuntur dialectum; de commis vero ultimo loco agemus, qui quum partim ad stasima accedant, partim ex anapaestis constent, his demum elementis perlustratis accuratius tractari poterunt.

1. De systematis anapaesticis.

Dialectum quae in anapaesticis praevaleat systematis haud multum discedere a diverbiorum dialecto una est paene omnium sententia. Quae quidem, cum ibi tantum plerumque inveniantur anapaesti, ubi non vehementer commoti sunt animi, in universum est verissima. Ita Prometh. v. 1042 — 1095 Wellauer., Agam. 346 sqq. Choëph. 708 sqq., Pers. in. usque ad v. 65, 524 — 540, 615 — 625, Suppl. 944 sqq., 953 sqq. Doricarum formarum ne minimum quidem praebent vestigium.

Qua re Blomfieldius eo adductus est, ut ex omnibus anapaesticis systematis Doricas formas expelleret, cf. ad Agam. 43. „Dorismos ex anapaestis rejeci. Mox igitur edidi χιλιοναύτην et ἀρωγήν. Sed haec quaestio levissima est." Velimus, eum hanc quaestionem non pro levissima habuisse, nam nobis difficillima est visa. Sunt enim loci ubi Doricae formae in anapaestis paene ab omnibus libris constanter teneantur, qualis ille est, quem modo ex Agamemnone laudavimus. V. 44. ibid. legitur Ἀτρειδᾶν, cujus loco Aldina tantum et Turnebiana habent Ἀτρειδῶν. — v. 45 Χιλιοναύταν item omnes, quantum ex Wellaueri nota intelligi potest, tuentur. Corruptela Ἴλιαν αὐτάν, quae inest in scholiis et Florentino, tantum abest ut contra χιλιοναύταν faciat, ut magis commendet, cum appareat, in antiquo codice fuisse χιλιοναύταν, ex quo deinde orta lectionis varietas. — v. 47. omnes habent ἀρωγάν.

Mirandum certe esset, si hoc loco Doricas formas casu quodam omnes tuerentur, cum plane contra consuetudinem illae hic locum obtineant. Eo pluris vero hanc *codd. lectionem* facere debemus, quod et v. 44 τιμᾶς, v. 46 τᾶσδ' ἀπὸ χώρας legitur,

et postea inde a v. 60 semper inveniuntur communes formae (de vv. 72, 101 infra dicemus); facile igitur fuit Doricas formas mutare in formas communes. Quod bene sensit Ahrensius (*de causs. Aeschyli nond. satis emendati, p. 6*), qui quidem illas formas non expellendas esse censet, attamen v. 47 ἀρωγάν dicit sibi esse suspectum.

Patet hunc, quem demonstravimus, Doricarum formarum usum explicationem habere ex sententiarum ratione. Uti enim in stasimis, quod mox videbimus, tum potissimum inveniuntur Doricae formae, cum surgunt affectus vehementiusque commoventur animi: ita in anapaestis, quod tamen ob ipsius metri (cohaeret enim semper cum sententiis metrum) rationem accidit rarius, interdum loquentium animis supra consuetudinem elatis, adhibentur etiam Doricae formae. Quod vero non ita velim intellectum ac si tum una eademque ratio intercedat inter eum, qui in stasimis, et illum, qui in anapaestis invenitur, Dorismum. Illa enim, quam dixi, animi elatio in anapaestis cum rarior est, tum vero numquam tam magna, quam est in stasimis et commis. Quare apparet in anapaestis Dorismum numquam tam late patere posse, quam in stasimis accidere solet; neque tamen eum plane ex illis anapaestis, qui medium tenent inter diverbia et chori cantica, esse pellendum.

Patet vero, in Agamemnonis anapaestis de quibus diximus, si quo alio loco, animum vehementissime esse commotum. Jam sub ipsum solis ortum senes, e quibus chorus constat, conveniunt; omnibus diis sacra fiunt (v. 87); magnum quiddam chorus exspectat (85). Accedit dolor, quod, cum ipse chorus sit invalidus et domus regia adulterio inquinata, Atridae per tot jam annos absint. Ita fit, ut totum hoc canticum magnum quasi sit suspirium, infaustissimum omnium eorum, quae in ipsa tragoedia gerentur, omen. Neque vero sensim ac paulatim in chori animo succrescit, sed statim ab initio erumpit lugubris ille sensus, quem chorus jam multo antea repetita cogitatione genuerit, occuluerit tamen, necesse est. Conqueritur de absentia Atridarum, cum accipitribus eos conferens, ob ademptos pullos moestis, quibus qui pullos eripuit a diis deinde poena merita afficitur. Ita Atridae vincent. Ea est igitur poeseos Aeschyleae egregia indoles, ut cum questu illo certissima victoriae fiducia conjuncta sit, quo fit, ut non plane ingenti, quod imminet, malo obruamur.

Hi versus, si quid video, inter omnes qui apud Aeschylum inveniuntur anapaesti maxime sunt insignes proximeque ad lyricam rationem accedunt. Quare non dubitandum mihi videtur, quin hic admittamus Doricas illas formas, consensu librorum firmatas; neque video causam, qua commotus Ahrensius ejicere velit ἀρωγάν. Quamvis enim haec forma ultimo legatur loco, tamen animi fervor non modo non cadit, immo etiam surgit et ipsa illa comparatione valde auctum sese prodit. Jam si quis quaerat, cur non in versibus proxime insequentibus legantur formae Doricae,

facillima erit responsio. Etenim usque ad v. 60 nulla est vox, in qua Dorica forma locum habere possit. Tum vero inde a v. 60 illa animi commotio mollitur quasi et ad leniorem cursum deflectit. Jam igitur iterum communes formae ubique inveniuntur. Quare non est, cur Blomfield., ut illos Dorismos ejiciat, in partes vocet v. 73 cett.

Ut redeamus unde exiit oratio nostra, illa tamen animi commotio, quam paullo antea in vv. 40—60 demonstravimus, quamvis proxime accedat ad fervorem lyricum, non est tanta, ut ei adaequet: quod quidem verbis *demonstrare* difficillimum est, nec tamen eget demonstratione, cum a quovis, qui totum canticum accurate legerit et ad sententiarum attenderit nexum, facile intelligatur. Quare suo jure etiam communes formae (v. 44, 46) inveniuntur.

Praeterea apud Aeschylum in anapaesticis systematis, quae non sunt in commis, bis tantum Dorica forma invenitur, Sept. 1047 *Οἰδιπόδα*, 850 *'Αΐδα*. Quorum illud jam Ahrensius commemoravit, hoc Blomfield. ex sua lege ejecit, quamvis, quantum ex Wellaueri verbis negligentius conscriptis intelligi potest, satis sit certum. Utrumque stare posse Ahrensius inde demonstravit, quod etiam apud Sophoclem Antig. 378 Οἰδιπόδα, 814 'Αΐδαν etc. inter Atticas formas in anapaestis reperiantur. Quamquam quod inde deducit, tolerandos esse in masculinis primae declinationis Dorismos, in nominibus propriis certe non Atticis etiam pedestri orationi solitos, ut verum est, tamen non efficit, ut alias Doricas formas ex anapaestis ejiciamus.

Quae omnia etiam magis firmantur comparatis iis systematis anapaesticis, quae in commis leguntur, de quibus jam hoc loco agere liceat. Pro ipsius enim metri ratione, quam lentiorem esse et quietiorem, quam stasimorum rationem, apparet, plerumque praevalent formae communes. In commo Eumenidum v. 876—975 Minervae quinque sunt anapaestorum systemata, in quibus nulla Dorica forma. Quae ex lege, quam supra constituimus, tum demum inveniri potest, ubi animus extollitur totiusque orationis indoles accedit ad lyricum fervorem. Quod in Minervae oratione non accidit, quoniam hujus deae tanta est majestas, quae nulla re de statu suo dejiciatur. Alio modo res se habet in anapaestis, qui leguntur in commo Agam. 1423—1558, et Pers. v. 872 — ad fin. In Agamemnone enim Clytaemnestra marito occiso omnia conquirens ut choro persuadeat, non sua sponte tale facinus se ipsam commisisse, sed a domus quodam daemone et jure eo esse adductam, animi elatione affici nequit, cum nisi plane collecta compositaque mente tam argute agere non possit. Contra chorus ob Agamemnonis, quem admiratus erat, caedem vehementissime exardescens, initio versibus dochmiacis dolorem suum fundit, deinde magis sedata ira anapaestos canit. Sed reviviscit semper facinoris memoria augeturque denuo dolor. Quare rectissime se habent formae Doricae: 1490 Ἑλένα, 1519 ἰὼ γᾶ, γᾶ, 1521 δρόιτας χαμεύναν, ab om-

nibus libb. probatae. Jam ad molliorem luctum fletumque transiens chorus mollioribus formis utitur.

Simillima est ratio in anapaestis chori, qui sunt in commo Persarum, v. 886. Quamquam enim, si periculum imminere videmus, majore cum quiete agere possumus, quam cum repente illo obruimur: tamen saepe fieri solet, ut, si adest periculum, quamvis diu exspectatum, animus plane conturbetur ac de statu dejiciatur. Quod accidit in Persis. Antea chorus de clade suorum a Darii umbra certior est factus; jam vero adest Xerxes, plangens ille ac miserabilis. Denuo luctus excitatur, denuo chorus est perterritus. Quis igitur mirabitur, quod mediis in anapaestis locum suum obtineant formae Doricae, v. 886.

γᾶ δ' αἰάζει τὰν ἐγγαίαν
ἥβαν Ξέρξᾳ κταμέναν Ἅιδου
σάκτορι Περσᾶν,

et iterum v. 892 αἰ αἰ αἰ αἰ κεδνᾶς ἀλκᾶς. Quod supra est observatum, conjunctae sunt cum formis Doricis eam ob causam etiam formae communes, quod planctus lyricum fervorem non plane adaequat.

Hi sunt loci, quibus apud Aeschylum in anapaesticis systematis inveniuntur complures formae Doricae. Elucet ex exemplis allatis, si ordine disputavimus, et legem, de qua supra diximus, esse veram; et vero numquam in anapaestis tantam esse vim orationis, quanta est, quod mox demonstrabimus, in stasimis; quare neque umquam inveniri solas Doricas formas, neque Dorismum in vocabulorum stirpibus, sed tantum in primae casibus declinationis.

Restat ut de locis agamus nonnullis, quibus singulae leguntur formae Doricae. E quibus bene stare potest Agamemn. 1550: Πλεισθενιδᾶν; non eam quidem ob causam, quam protulit Ahrensius, tolerandum esse hunc formarum Doricarum usum in masculinis primae declinationis; sed quod haec forma est in jurejurando. Utebantur enim Athenis haud raro vel in sermone quotidiano ad augendam gravitatem formis Doricis et in jurejurando et in exclamationibus. Hujus rei videntur vestigia quaedam inesse in Aristophanis comoediis. Quod ne quis putet ad movendum risum esse excogitatum, addimus e *senariis* Sophocleis Ajac. v. 14: ὦ φθέγμ' Ἀθάνας. Patebit ex hoc exemplo etiam in femininis valuisse hunc usum. Illa vero quam ex Agamemnone demonstravi forma firmatur omnium codicum auctoritate. — Contra e vv. 1456. 1551 jam removit Ahrensius formas Doricas auctoritate Florentini commotus. — Idem liber, quem omnium minime correctoris manum expertum esse dicit Ahrensius, v. 72 praebet ἀτίται (Buttmann. Gramm. maj. II. §. 119. not. 25), quod cum σαρκί jam habeat suum adjectivum, cujus eadem fere est hoc loco notio, mihi quidem videtur esse aptius-

Dubitat quidem de passiva significatione H. Klausen, sed cf. Buttmann. l. l. — V. 101 dubia est lectio, nec concinunt inter se interpretes. Sed utut est, dubito num admitti possit forma Dorica ἀγανά, cum nulla praeterea hoc loco inveniatur Dorica forma. — V. 759. Florent. habet σεβίζω, quam formam in Dorica dialecto nondum inveni. Recte igitur eadem abstinuerunt editores. — Choephor. 368. ὀδυνᾶσαι recte remotum, cf. Ahrens. pag. 16. — Pers. 142: ἁμέτερον recte puto a Blomfieldio ejectum. Etenim bis in stasimis lyrico fervore plenis (Sept. 609. Eum 353) legitur ἡμέτερος, et praeter hunc locum nullibi in anapaestis invenimus Doricas formas in *stirpibus* vocabulorum adhibitas. — V. 874. ἀτεκμαρτοτάτας in uno tantum inest libro, Med. 2. Quare qui hanc lectionem recipit agit incaute.

2. De stasimis.

Praevalere in stasimis formas Doricas una omnium sententia est. Quae quamquam est vera, tamen operae pretium est accuratius de hac re quaerere. Patet enim poetas quamvis fortasse inscios nonnullas sibi scripsisse hujus quem diximus usus leges, nec divino quodam actos furore huc illuc esse vagatos. Tali quidem modo vagatur Jo, oestro exagitata; poetae est animi fervor mente ac ratione bene compositus.

Ad augendam orationis magnificentiam adhibitas esse formas Doricas cum constet; sequitur multo quam in anapaestis frequentiores eas inveniri in stasimis eam ob causam, quod major in stasimis solet esse animi comotio quam quae est plerumque anapaestorum. Ita factum est, ut Schütz. atque iterum Blomfield., uti ex anapaestis furca quasi expulerunt illas formas, ita in stasima eas invitis libris saepe inferrent. Quae tamen non toleranda est temeritas. Etenim si verum est quod supra demonstravimus, quod quin verum sit nemo facile dubitabit, in majore animorum commotione majorem esse formarum Doricarum frequentiam; patet facile vel in stasimis quandam esse hujus usus differentiam. Nam non semper eodem modo commotus esse potest animus, qui nunc magis excitatur, nunc sedatur. Ea vero quam dixi differentia haec est. In *radicibus* vocabulorum nisi in summo animorum ardore non inveniuntur formae Doricae. Nec desunt tamen stasimorum nonnullae partes, in quibus cum quieta sit oratio praevaleant formae *communes*. Tertium deinde est genus, quod est inter utrumque; quod et communibus utitur formis et Doricas formas admittit in *casibus primae* declinationis. Patet tamen, quamvis tria demonstraverimus genera, multa in hac re a poetae arbitrio pendere.

Ut quod primum posuimus, quoniam simplisissimum est, primum probemus, sufficiet de nunnullis stasimis breviter exponere. Itaque primum agimus de stasimo

Agamemnonis, quod legitur inde a versu 104; in quo maximam esse animi commotionem supra demonstravimus. Invenitur igitur in hoc stasimo nullum η primae declinationis, praevalet ubique vocalis α. Ita leguntur πτανοῖσιν 134; μνάμων 150; μάταν 160; ἔτλα 217. — Nec aliter se habet Eumenidum stasimum v. 311. Maximopere, uti vix alibi, hic ardent animi, quae res demonstratione non eget. In prima stropha et antistropha, quae sunt omnium vehementissimae, nullum plane η, ne in ipsis quidem verborum radicibus, invenitur: 311. bis legitur μᾶτερ; 313. Λατοῦς; 315. ματρῷον; 321. θνατῶν. In secunda stropha et antistropha formae Doricae leguntur in fine verborum (334: εἱλόμαν. 345: ἇς. 346: ἀλομένα, all.); est tamen η in radicibus: ἄκληρος, 333. In tertia stropha utrumque invenitur; et τακόμεναι 452, et ἡμετέραις 453. In quarta stropha, quamquam in casibus primae declinationis, excepto genitivo plural., semper leguntur formae Doricae, tamen in radicibus vocabulorum numquam reperiuntur. Apparet igitur cum majore minoreve animi commotione arctissime conjunctum esse majorem minoremve formarum Doricarum usum. Simulac remittit vehementissima illa quae initio fuit Eumenidum ira, atque ad luctum transit; etiam molliores formae praevalent. — Pariter in cantico προπομπῶν 968 sqq.; Eum. 138 sqq.; 747; 801; in verss. dochmiacis Choephor. 923. Pers. 615. 838. Suppl. 41 all. Doricis formis utitur poeta, ita tamen, ut idem quod supra statuimus discrimen inter majorem minoremve earum copiam observetur.

Eo vero quod secundo loco attulimus exemplo (Eum. v. 333) cum tertium, quod supra demonstravimus, genus probaverimus, restat, ut agamus de formis communibus praevalentibus ibi in stasimis, ubi quietior est oratio. Quam ad rem transitum nobis parabit stasimum Choephor. 578, coll. Eum. 263, et postrema pars commi, qui est in Eum. v. 876, de quo jam hoc loco liceat agere. His enim locis initio maxima est animi commotio, eamque ob causam formarum Doricarum maxima multitudo; in fine tamen ubique inveniuntur formae communes (Choephor. 641: κλυτή; Eum. 262: τῆς δίκης. 263: Αἴδης. 972: μετοικίαν ἐμήν). Quae res duabus ex causis habet explicationem, quarum altera est, quod fervor ille qui initio fuit jam mirifice est imminutus. Id imprimis in commo Eumenidum apparet. Etenim Eumenides ob contemtam suam auctoritatem antea quam maxime iratae jam et munere et verbis Minervae ita placantur ut fausta omnia spondeant terrae Atticae. Eaedem v. 263 carmen suum finiunt sententiis nonnullis, quae, cum pateant latius nec ad unum tantum pertineant factum, minore cum vehementia pronuntiatae esse sunt putandae. Qua cum re cohaeret altera causa. Nam v. 266 ad senarios procedit oratio; et ipsae Eumenides jam 264 recitant senarium, accedunt igitur ad quietiorem dialogi naturam. Addimus hoc loco, quod

comparatione videtur esse dignissimum, etiam Sophoclem saepe a stasimis ad dialogum procedere per anapaestos, cf. Antigon. 376.

His igitur expositis venimus ad stasimorum illud genus, in quo praevalere formas communes supra demonstravimus. Unum sufficiet exemplum, quo Aeschylum egregie usum esse hac dialectorum differentia satis probabitur. Legitur id Pers. vv. 65—92. Ante hos versus sunt anapaesti, iique satis quieti. Vix magis movetur animus in strophis duabus, quae proxime sequuntur, quibus satis placide continuatur narratio, quae est de Persarum in Graeciam expeditione. Simul eorum vis et potestas breviter describitur. Quae quidem cum quadam concitatione, sed tanta etiam cum mollitie tamque leniter fiunt omnia, ut magis dulce loquentem Homerum audire tibi videaris, quam ut magnam inde ingentemque Aeschyli vim, nisi aliunde cognoveris, cognoscere possis. Recte igitur Bamberger. (*de carminibus Aeschyli a parte chori cantatis*, pag. 20) contendit, numeros Jonicos hoc loco esse adhibitos ut referretur Orientis imago, quam decet quaedam mollities. Quare non miraberis hoc loco semper inveniri formas communes. At sub finem secundae antistrophae, cum verbis *ἀπρόσοιστος γὰρ ὁ Περσῶν στρατὸς ἀλκίφρων τε λαός* maxime elatum sit Persarum robur, nascitur cogitatio, multo majorem esse deorum potestatem, quae omnia possit evertere. Quare ad orationem accedit fervor lyricus, quocum conjunctum esse fere semper formarum Doricarum usum supra diximus. In epodo igitur sive mesodo praevalent formae Doricae; 93: *ἀπάταν*. 94: *θνατός*, cf. 100. *) Sequuntur iterum strophae duae, in quibus est ratio epica, iterum communes tantum formae inveniuntur. Sed tertia stropha, in qua vehementissimus est luctus animumque quasi opprimit, praebet formas Doricas; 124: *ἱππηλάτας*. 132: *ἑκάστα*. (ita enim plerique et optimi illi codd.) 134: *αἰχμάεντα* (ita plerique libbr.) *εὐνατῆρ' ἀποπεμψαμένα*. **)

Patet vero, praeter haec tria quae supra statuimus genera, nonnulla inveniri stasima, in quibus tam certae regulae non sunt observatae. Ita parodus Choëphor. 21 mixtas praebet et Doricas formas et communes. Sed et longum est singula quaeque enumerare et vero inutile.

3. De commis.

Commi, qui vicissim ab histrionibus et a choro canuntur, duplicem plerumque, uti supra diximus, naturam habeant necesse est. Raro enim accidit, ut eadem re pari

---

*) Hoc certe loco non probatur Bambergeri sententia (p. 24) epodos saepe additas esse ad notitias levioris momenti subjungendas.

**) Harmoniam et numeros (hoc in cantico Jonicos) non curavi. Dependent enim a verborum *sententiis* numeri, non sententiae a numeris. Cf. Bamberger, p. 20.

modo afficiantur et tragoediae interlocutores et chorus. Neque tamen apud Aeschylum id est observatum, quod apud Sophoclem fere semper valet, ut chorus spectatorem, qualis debet esse, repraesentet animosque in justum redigat modum; sed tantas actionis partes in se suscepit plerumque chorus, ut eo exempto tragoedia tota corruat atque evanescat. Quare apparet non semper in commis quietiores partes agere chorum.

Ita in Supplicibus Danaides maxima cum concitatione animi agunt, contra rex Pelasgorum utitur trimetris iambicis. In Eumenidibus strophae fervidissimae canuntur ab Eumenidibus, anapaesticis systematis utitur Minerva. Utroque loco egregie fecit poeta. Etenim Minervae majestatem bene decet illa quae anapaestis demonstratur aequabilitas; nec minus potentissimus atque superbus rex Pelasgorum nulla re perturbatur. Singularis quaedam ratio est commi Choëphororum, in quo modo quietius agit chorus, anapaestos, ionicos a minori (324), iambos Doricis formis egentes recitans; modo magis commotus, sed rarius tamen, compositis metris utitur, in quibus non desunt formae Doricae. In magno deinde Persarum commo et Xerxes et chorus vehementissime sunt commoti. Itaque utriusque ejulationes abundant formis Doricis; sub finem tamen mollitur dolor et commiscentur formae Doricae cum formis communibus.

Sed de anapaestis, qui sunt in commis, egimus supra et intelleximus plerumque valere in iis formas communes, attamen in majore animi concitatione interdum inveniri formas Doricas.

De strophicis commorum partibus eaedem valent leges, quas in stasimis valere supra demonstravimus.

Exemplo utamur commo Choëphororum, qualis a C. O. Müllero est constitutus in Diariis scholast. II. 1832. 108. Orestes et Electra multo vehementius sunt commoti quam chorus; itaque eorum cantica proxime accedunt ad rationem stasimorum, nec egent formis Doricis: Electr. 335: ἄτα. Orest. 347: γᾶς. El. 377: ἄταν. Orest. 390: κάρανα. 392: δίκαν. El. 401: Ἀτρειδᾶν. 403: πᾶ. Or. 416: ματρός. El. 425: πολιτᾶν. Or. 431: ἁμᾶν χερῶν. 432: ὀλοίμαν. El. 440: δίκαν. 442: κεκρυμμένα. 450: κεκλαυμένα. Or. 454: Δίκα Δίκᾳ. Or. et El. 461: πλαγά. Abundant igitur haec cantica formis Doricis. Est tamen inter ea quaedam differentia. Nam στροφ. ζ. invenimus in Electrae cantu μῆτερ. Sed hoc canticum mollem quandam et lugubrem habet naturam. Nec minus στροφ. ι ab omnibus libris firmatur ἄτης, sed vel hi versus plane ejusdem sunt indolis. Jam convenit inter commi participes de horrendo caedis officio, quod suscepit Orestes; jam id agit poeta, ut animi placentur. — Contra Chorus illius, qua afficiuntur Orestes et Electra, animi commotionis in prioribus quidem strophis non est particeps; sed magis ad lamentationem conversus lugubres cantus recitat. Quare nullae formae Doricae. Tertium deinde systema, inter reliqua maxime excellens, a luctu

chori et Electrae (στροφ. ζ') ad iram indignationemque procedit vehementissimam, qua etiam chorus altius commotus cantus fundit Doricis formis ornatos (434: ἅπερ. 435: μωμένα. Mitto 447: ὀργᾷ). Quarto systemate fervor ille imminuitur; quinto ad solitam rationem reducuntur animi, ita tamen ut illa animi commotio verbis θεῶν τῶν κατὰ γᾶς ὅδ' ὕμνος denuo quasi exardescat. Jam sequuntur anapaesti, per quos transitus fit ad dialogum.

De dialecto Aeschyli adduntur nonnulla.

1. De formis Doricis.

Saepissime invenimus formas Doricas in flexionibus primae declinationis. Rarius tamen genitivus pluralis desinit in — ᾶν, quod fit in anapaestis Agam. 44. 1550; in stasimis, cf. Pers. 635 all.; in commis, cf. Choëphor. 431. — In secunda declinatione non inveniuntur formae Doricae. — E conjugatione huc pertinent γενοίμαν, Prom. 907. Cf. Eum. 256. 334; ἐγενόμαν, Pers. 897. Cf. 934. Agam. 1131. Choëph. 432. Suppl. 387; προςέβα, Prom. 130; ἔτλα, Agam. 217; συγκατέβα, Eum. 998; βέβακεν, Agam. 395. 413; ἐςᾶγον, Choëphor. 75; ἆρχε, Pers. 842. In anapaestis hae formae numquam leguntur. Addo praeterea aoristum I. pass. semper desinere in — ην; hac enim forma ipsi Dorienses utuntur plerumque. — In radicibus vocabulorum saepius invenimus α; ita τλάμων, θνατός, μνάμων, πεδοβάμων, all. Ad anapaestos tamen non pertinet hic usus. — Rariores formae sunt πεδαίχμιοι et πεδάμεροι, Choëph. 583 quae videntur receptae e dialecto lyricorum. At contractio Dorica Ἰάνων (Pers. 911. 912. 972. 984) et Ποσειδᾶν (Sept. 123) numquam est in codd. omnibus.

2. De reliqua dialecto.

Praetera dialectus Aeschylea egregie composita est et ex epica dialecto et ex Attica. Ita ex epica dialecto recepta esse videntur γαῖα, Eum. 885. 912. Choëph. 43 all.; αἶα, Pers. 2. 638. Agam. 112; κελαινόν, Prom. 431. 1052; ὄσσε, Prom. 456; ἰότητι, ibid. 557; αἰετῶν, Agam. 136; κταμέναν, Pers. 887; στεῦνται Pers. 49. De ὀδμά, Prom. 115. cf. Phrynichi pag. 89. Misi Sept. 133. — In contractione et adhibenda et negligenda Aeschylus maxima utitur licentia. Itaque omittitur contractio in his vocibus: κέαρ, (Hom. κῆρ), Agam. 969. Sept. 269; ἤθεα καὶ κέαρ, Prom. 184; λοετρά, Prom. 555; νόον, Prom. 163; ἄκεα, Eum. 482; ἄχεα, Choëph. 413, sed v. 579 legitur ἄχῃ; ἀέρδην, Agam. 226; Ἰαόνων, Pers. 555. In declinatione tertia accusativi

singularis terminatio — εα metri causa contrahitur saepissime in anapaestis, cf. Agam. 48. 53. 63; nominativus pluralis, qui desinit in — εες (legitur ita τοκέες, Pers. 63), plerumque contrahitur in — εις. Atticam contractionem, quae fit in — ης, Pers. 24. 44 praebent codd. nonnulli; optimi qui putantur esse retinent — εις. In verbis plerumque valet contractio communis, quae raro ommittitur; cf. Agam. 105. — In declinatione ubique servatur α purum. Itaque Sept. 811 plurimi libri recte praebent ἐπωνυμίαν, in stasimo Prom. 547 item ὀλιγοδρανίαν. Eodem modo se habet v. 562. Secundae declinationis genitivus singularis semper desinit in — ου; uno tantum loco, Prom. 529, optimi codices praebent Ὠκεανοῖο. Dativi pluralis qui desinunt in — αισιν et — οισιν promiscue adhibentur cum formis — αις et οις: Agam. 95 μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις. Tertiae declinationis dativus pluralis duplici litera σ utitur saepissime, cf. Pers. 545. — In verbis epicae formae non desunt plane, cf. βάσκε: Pers. 653. 658 ἔσκε: 648. Augmentum saepissime omitti satis constat. Secunda persona singul. praes. passiv. simill. semper desinit in — ῃ. Nam Prom. 293 γνώσει ab Athenaeo tantum citatur; alio loco (Agam. 781) qui legunt γνώσει, agunt invitis libris. Cum igitur a dialecto Attica haud raro recedat Aeschylus et utatur dialecto epica, patet injuria Blomfield. ex anapaestis Prom. 122 expulisse formam contractam εἰςοιχνεῦσι, quam omnes probant libri. — E pronominibus promiscue adhibet Aeschylus μίν et νίν: Choëph. 777. 780. Pronomine demonstrativo τοῖσιν poetarum ex more utitur pro relativo Eum. 322. — Praepositionum formas eodem modo, quo plurimi poetae, adhibet varias. Ita ποτί legitur Suppl. 357. Prom. 528. Apocopen patitur ἀνά, si vera est lectio ἀμ πέτραις Suppl. 346; adde ἄγκρισις Eum. 542. Producitur praepositio in voce ὑπείροχον, Prom. 426; contra εἰν (Suppl. 850) satis certum non est, itemque διαί (Agam. 436) debetur conjecturae. ξύν et σύν adhibentur promiscue, ita tamen ut illud ad efficiendam positionem et fere semper post ν, ρ, ς ponatur; cf. Prom. 430. 1090. Agam. 151. Choëph. 1018 all. εἰς et ἐς non distinguuntur, cf. Prom. 693. Agam. 668. — Atticae formae sunt φροίμιον Suppl. 810. φροῦδα, 843. προςέπτα, Prom. 115. 554.

Ceterum Aeschylum rarissimis saepe dialectorum formis, interdum etiam barbaris vocibus usum esse eo consilio ut orationis efficeret quandam magnificentiam, jam animadverterunt antiqui, cf. Athenaeus, p. 402. C. Saepius vituperabant Σικελισμόν, quem veluti in voce κάρβανος (Suppl. 124) agnoscere sibi sunt visi. Barbaris vero vocibus tum potissimum utitur, cum homines barbaros loquentes facit. Huc pertinent βαρίδεσσι Pers. 545, cf. 1051. Suppl. 816. 852. 859; βαλήν, Pers. 649; τιήρα, Pers. 652.

Contra φύστις pro φύσις unde sit petitum nescio. Πιτνέω, πολιαίνω, πρᾶγος Aeschylus accepit a poetis lyricis. Cf. Prom. 430. Pers. 110. Sept. 843.

Schulnachrichten.

I. Chronik des Gymnasiums.

Als am 22sten April die Lektionen des Sommersemesters beginnen sollten, und Lehrer und Schüler mit frischem Muthe und gestärkter Kraft den Räumen zueilten, wo ihnen in der Gemeinschaft des Wirkens für die edelsten Lebenszwecke Lust und Freude beschieden war, vermißten sie in ihrem Kreise mit schmerzlicher Besorgniß den verehrten heiteren Senior des Lehrercollegiums, Rector Neuer, welcher bereits seit mehreren Wochen ans Krankenlager gefesselt war, so daß er schon an der letzten Maturitäts-Prüfung nicht mehr hatte Theil nehmen können, und dessen Leben jetzt in der größesten Gefahr schwebte. Zwar wurde, um dasselbe zu fristen, Alles aufgeboten, was Natur, Kunst und Wissenschaft an Heilmitteln darboten, und was Liebe und Sorgsamkeit eines dankbaren Schülers, was langjährige bewährte Erfahrung und zarte kindliche Pflege in liebevollem Verein zu leisten vermochten, aber alle diese Anstrengungen blieben doch ohne den gewünschten Erfolg. In der Nacht vom 24sten auf den 25sten April, nachdem er eben das 74ste Jahr seines Lebens, das 44ste seiner amtlichen Thätigkeit, angetreten hatte, während aber Geist und Körper noch Frische und Kraft genug zeigten, um noch auf mehrere Jahre segensreiche Wirksamkeit verheißen zu können, rief ihn ein höherer Wille aus diesem Leben ab, bevor er des äußersten Greisenalters Schwächen und Mühen empfunden hatte. Geboren am 5ten März des Jahres 1768 (laut des Kirchenbuchs, nicht 1770, wie irrthümlich in dem Programm vom J. 1831, pag. 32 steht), erfreute sich derselbe, wenige Jahre, nachdem er ausstudirt hatte, (vom J. 1797 an) des Glückes, ununterbrochen dem Gymnasium seiner Vaterstadt seine ganze Kraft und Begeisterung für die Wissenschaft widmen zu können, und, als nach langjähriger Mühe und Arbeit das Greisenalter sein Haar bleichte, durch die rühmliche Thätigkeit und das Ansehn so vieler theils bis zu den höchsten Staatswürden emporgestiegener, theils durch edle Wirksamkeit in andern Lebensverhältnissen ausgezeichneter, ihm in liebevoller Dankbarkeit ergebener, Schüler sich einen Ehrenkranz gewunden zu sehen, wie er nur immer die Stirn eines Jubilars schmückt. An einem schönen Frühlingsmorgen wurde seine sterbliche Hülle unter Begleitung des Hochlöbl. Magistrats, der Hochwürd. Herren Geistlichen und eines bedeutenden Gefolges von Freunden und ehemaligen Schülern, von seinen Collegen und sämtlichen Schülern des Gymnasiums nach dem an seinen Garten (seinem Tusculanum u. Formianum) stoßenden Kirchhof geleitet, und nachdem der Sängerchor einige passende Liederverse gesungen hatte, unter den einsegnenden, herzlichen Worten des Beichtvaters in die Gruft gesenkt. Ein ausführlicher Bericht hierüber, wie über das, was zunächst wir *seine Amtsgenossen an dem* Umgange mit dem stets lebensfrohen Verewigten verloren, ist den

auswärtigen Collegen bereits in der zu Darmstadt erscheinenden Gymnasial-Zeitung unter dem 16ten Junius, Jahrg. 1841, № 35, und einem größeren Publikum in dem Allgemeinen Nekrolog der Deutschen, hrsg. v. Schmidt, von mir mitgetheilt worden.

Da dem Verstorbenen in den beiden oberen Classen außer dem Vortrag der Geschichte und der Literatur auch der Unterricht in der Französischen Sprache übertragen gewesen war, und es aus mehrfachen Gründen wünschenswerth schien, daß dieser Unterrichtsgegenstand, der bis dahin unter vier Lehrer vertheilt war, einem einzigen Lehrer übertragen würde, so nahm der Hochlöbl. Magistrat hierauf besonders Rücksicht. Nachdem er daher unter Bezeugung seiner besonderen Zufriedenheit mit ihrer treuen Amtsführung den bisherigen Konrektor Steigertahl an des Abgeschiedenen Stelle zum Rektor und zweiten Lehrer des Gymnasiums, den bisherigen zweiten Konrektor Hoffmann zum ersten Konrektor, den seitherigen Subkonrektor Dr. Berger zum zweiten Konrektor gewählt hatte, und diese Wahl von dem Königl. Ober-Schul-Collegium und Königl. Ministerium der geistlichen und Unterrichts-Angelegenheiten bestätigt worden war, berief er zu Uebernahme der zweiten Collaboratur den Schulamtscandidaten Dr. phil. Theodor Müller, bis dahin Lehrer an der Handelsschule zu Münden,*) welcher durch seinen Aufenthalt in Frankreich mit dessen Sprache, so wie mittelst vielfachen Umgangs mit Engländern mit der englischen Sprache innig vertraut, vor anderen Bewerbern geeignet schien, die Wünsche der höchsten Behörden und des Publikums zu erfüllen.

Im Anfange des Sommersemesters bereits bot sich derselben, auch zu Erlernung edler Künste die Jugend zu ermuntern strebenden, Behörde die willkommene Gelegenheit dar, dem Zeichnenunterrichte auf unserer Lehranstalt einen neuen, höheren Schwung zu geben, indem sie einem jungen in München unter Leitung der ausgezeichnetsten Künstler unserer Zeit gebildeten Maler, Aug. Wilh. Dankworth,**) welcher sich hier niederzulassen geneigt war, wie an der höheren Töchterschule, so auch bei uns, jenen Unterricht übertrug, so daß sich dieser nicht mehr auf die bloßen Anfangsgründe zu beschränken braucht, sondern solche Schüler, welche Talent und Lust haben, weiter als bis an die Vorhallen der höheren Kunst zu leiten vermag. Möge nur auch diese, an manchen Anstalten sehnlichst gewünschte, aber nicht erreichbare, Gelegenheit, in dieser schönen Kunst, welche in unserem Vaterlande jetzt so herrlich, wie noch nie vordem, blühet, sich auszubilden, und, wenn auch nicht selbst schaffen, doch mit gebildetem Geschmack genießen zu können, von recht vielen unserer Schüler mit solcher Lust und mit solchem Eifer benutzt werden, wie es jeder Gebildete wünschen muß!

Mit derselben Freude, womit das Lehrer-Collegium diesen rüstigen Jünger einer so edlen Kunst in seine Mitte eintreten sah, begrüßte es einen ehemaligen Zögling der Anstalt, den Schulamtscandidaten Joh. Hermann Ludw. Brosendt, welcher nach Vollendung seiner Studien, und rühmlichst bestandenem Examen, das vorschriftmäßige einjährige Tirocinium am liebsten unter den Augen und dem Beirath seiner ehemaligen Lehrer ablegen wollte, und, nachdem er um die Erlaubniß dazu bei dem Hochlöbl. Magistrate nicht vergebens nachgesucht hatte, recht bald nicht nur seine vorzügliche Befähigung bewährte, sondern auch schon der Anstalt, welcher er seine erste Bildung verdankte, seine Schuld nicht nur mit löblicher Pietät, sondern auch mit glücklichem Erfolge abtrug. Dies bezeugen zu können, als der Herr Oberschulrath Kohlrausch am 16ten und 17ten August auf seiner Inspektionsreise in unserem Gymnasium Altes und Neues mit gleicher Aufmerksamkeit prüfte, war daher dem Berichterstatter nicht minder angenehm, als demselben

*) Derselbe w. geb. d. 9ten März 1816 zu Clausthal, besuchte das Gymnasium daselbst von Mich. 1824 bis Ostern 1835, studirte dann in Göttingen Philologie von Ostern 1835 bis Ostern 1839, ging, nach beendigten Studien, nach Paris, wo er ein halbes Jahr verweilte, von da nach Havre de Grâce, wo er ein Jahr lang eine Hauslehrerstelle bekleidete, kehrte Mich. 1840 zurück, und wurde zu Münden angestellt.

**) Geb. d. 12ten Sept. 1813 zu Braunschweig, besuchte derselbe die dortigen Gymnasien bis 1831 in der Absicht Theologie zu studiren, entschloß sich dann Maler zu werden, besuchte das Collegium Carolinum von Ostern 1831 bis Mich. 1832, und ging dann im December nach München, wo er sich bis October 1836 ausschließlich der Kunst widmete, dann in seine Vaterstadt zurückkehrte, und die Kunst praktisch ausübte

